Propoſitio nona Caracteres huiuſ
modi ſi habeāt vel habere credanꝶ efficaci
am/oportet ꝙ hoc ſit a cauſa ſpūali/non a
pure naturali et corporali/qualis cauſa eſt
B celū cum ſuis influentijs in corpora Ac
cipiatur ex precedētibus regulis conſiliuꝫ
quid agendū ſit in materia pſenti de ima/
gine leonis cū circumſtantijs. Et ſit hec
Propoſitio prima. decima ī ordine Cō
ſtat in primis ex inſpectiōe ꝙ ibi ſunt cara
cteres. litere. figure et dictiones/que nullū
effectū habent naturalē pure corporalē ad
curationē morbi renū/et ſimiliū/ſm ꝓpoſi
tionem ſeptimam precedentem. Iuxta qͦd
noteꝶ in ſpeciali ſanctus Thomas qui tri
buit aſtrologie/quantū rationabiliter dari
pōt/ad exemplar Alberti magni magiſtri
ſui conſone tamē ad fidē catholicā. Noteꝶ
inquā in. ij. et. iij. contra gentiles ī multis
capitulis. a. xciij. ꝛ ſpecialiꝶ ī. cvij. ꝛ. cviij
Propoſitio. xi. Conſtat ꝙ talis ob
ſeruatio non eſt poſita ab eccleſia et ſacris
doctoribus/tanq̄ȝ eueniat effectus ſperatꝰ
per miraculū diuinū. imo nec ꝑ ſanctos an
gelos dei. qui ſunt adminiſtratorij ſpiritꝰ
propter electos dei ad vitā eternam magis
q̄ȝ ad curā corporalē. et medicus et aſtrolo
gus verus nō hēt ſe multū intromittere de
actionibus ſanctorū angelorū circa homi
nes: patet ex immediate p̄cedenti cum in/
ſpectiōibus iuriū. ꝛ ratio ſatꝫ eſt manifeſta
Propoſitio. xij Conſtat ꝙ ſi talis ob
ſeruatio nitatur et expectet effectuꝫ a ma/
lis angelis ſeu demonibus. illa eſt mani/
feſte penitus reprobāda/etiam ſi videaꝶ fi
nis bonus/vtilis vel honeſtus: quāto ma
gis ſi eſſet malus vel ſuſpectus/ſicut eſt in
ter alios. finis queſtꝰ ꝑ ſimulationē aſtro/
logie aut mirabiliū effectuū/ſuꝑ quibꝫ ad/
miraꝶ hoīes pauce religiōis aut fidei. Ve
rūtamen circūſtantie p̄dicte magis appa/
rebunt iuxta practicā primarū ꝓpoſitionū
ſi reperiaꝶ coniūctio iſtius obſeruatōis de
imagine leonis cum alijs obſeruatiōibus
contentis in auctoribus vel libris tradēti
bus huiuſmodi figurationeꝫ. Et hoc ideo
dicitur. qm̄ tpībus nr̄is inuentus eſt liber
magnus/continēs tales obſeruatōes. qua
rum alique videbanꝶ pie et vtiles. alie ve/
ro manifeſtiſſime erant condēnande/ꝛ ſu/
perſtitioſe/et idolatrice/et de hereſi ſuſpe/
cte vehemēter. et vt tales fuerūt etiam igni
tradite pio zelo. Tales multe ſunt obſerua
tiones apud hiſpanos in libro ſenaforas
Tales apud iudeos innumere. tales apͦ
xp̄ianos ſupſtitioſos ſicut de Neſcio quo
ſydrac. Tales deniq̄ȝ practicari querūtur
ne duꝫ ꝑ vetulas ſorcerias/ſed per multos
arma ſequētes ꝯtinueꝶ. Poſtremo toti/
ens occurrit iſta materia/quod ſi ꝓ quoli/
bet caſu ſcribendū eſſet. ſcribēdi nullꝰ eſſet
finis. Poterit inter alia videri tractatulus
de aſtrologia theologiſata/ſpecialiter cir/
ca finē. Concludiꝶ tandē ex oībus pra C
ctica ſuꝑ hoc caſu ꝑticulari/poſtq̄ȝ facta fu
erint q̄ dicta ſunt ſūmarie ꝛ de plano ſine i
uolutiōe ꝓceſſuū/maxime ſi delatus reddi
derit ſe obedire paratū/ſine ꝓteruia defenſi
one. ꝓhibeaꝶ ei de futuro ꝙ nō amplꝰ vta
tur. ſed antidotis medicine cuius diciꝶ pro
feſſor. De p̄teritiſ aūt ſufficiat ſine q̄uis in/
famia delati/ꝙ honor iudicij fidei. cū pla/
to et officiarijs ſuis maneat ſtabilitus. Et
ita in catholica et fraterna caritate conſulē
dum eſt/ꝙ delatus taliter obediat ſine ſtre
pitu ꝛ figura iudicij. ꝛ ꝑ iudicē ita fiat Si
aūt inueniaꝶ ꝓteruia defenſio. nō ꝓteruie ri
gor. ſed iuſticie vigor fiat. Particularis
modus reparandi poterit eſſe talis. poſtq̄ȝ
melius ꝛ plenꝰ informatus ſuꝫ/de fabrica
tione ꝛ vſu taliū imaginū/ꝙ nō ſunt ſm ca
tholicā traditionē/ꝓmitto bona fide/ꝙ de
inceps nequaq̄ȝ vtar illis Aut ſi mitius iu
dex velit agere/dicaꝶ hoc ꝑ aliū ī tertia ꝑſo
na. Poſtq̄ȝ talis delatus ꝛc. fuit melius in
formatus ꝛc. promittit ꝛc. Iudex finaliter
poterit declarare ſnīas excōicatiōis cōtra
oēs tales. ꝛc. Proinde non valet allegatio
quorūdā ex hiſtoria ſcolaſtica. ꝙ moyſes
fecit imagines. vnā ꝓ obliuiōe. alterā pro
memoria: Et ſalomō exorciſmos/qꝛ viris
ſanctis cōcurrebat miraculū: vel ſi ſalomō
iam erat ꝑuerſus ad idolatriā ꝑ vxores/po
tuit datꝰ in reprobū ſenſū excogitare magi
cos ritꝰ/ſic de nectanabo legiꝶ ꝛ zoroaſte/q̄
naſcēs riſit/ꝛ poſtea magicaſ artes exercuit
Deniq̄ȝ Auicē. et ſimiles/de actiuitate aīe
rationalis ī materiā exteriorē/ꝛ faſcinatōe
non ſunt audiendi in modo ponendi.

Explicit Lugduni. viij. decēbris. 1428
per Johannem cancellariū pariſienſem.

## Sequitur tracta D

tus cōtra magiſtrū Jacobū angeli
medicū ſtudij inſignis ville/mōtiſpeſſula/
neū. de obſeruatiōe diex quantū ad oꝑa.

D

## Prima concluſio

Omne opus dei ſanctum eſt/et laudabi
le. Probatur ratiōe ⁊ autoritate. Ratione
ſic. quia a bono et optimo non exit aut pro
cedit niſi bonū. deus altiſſimus omnium
creator eſt ſummū et optimuꝫ. ergo oīa eiꝰ
opa bona ſunt. Autoritate probaẗ conclu
ſio ꝑ illud ſacre ſcripture. Geneſis ꝑmo. ca
Uidit deus cuncta que fecerat et erāt val/
de bona. ⁊c̄.

## Secūda concluſio

Omnes dies anni ſunt opera dei altiſſi
mi. deducitur cōcluſio ex textu ſacre ſcriptu
re. Geñ. primo. vbi per totū capitulum de/
ſcribunẗ opa ſex dierum. Et qualiter ꝑma
dei opa fuerunt dies et anni. Primum au
teꝫ bonū a bono incepit operari. Hoc idē
teſtatur regius propheta Dauid. ita pſal/
lens domino. Tuus eſt dies. et tua ē nox
tu fabricatus es auroram et ſolem. Quo/
circa canit eccleſia. Eterne rerum cōditor
noctē diemqꝫ qui regis/et temporum das
tempora/vt alleues faſtidium.

## Tertia concluſio

Omnes dies anni boni ſunt. Ita cōclu
ſio clare apparet et ſequiẗ ex duabus priori
bus. qꝛ dies ⁊ anni ſunt opa ſingularia/ſū
me et infinite bonitatis. optimi aūt ē opti
ma adducere. Dicere ergo aliquē dieꝫ eſſe
natura ſua malum eſt iniuriari deo/ꝗ arti
fex eſt dieꝝ ⁊ annoꝝ. Opus nanqꝫ maluꝫ
maliciam arguit opificis et artificis.

## Quarta concluſio

Omni anno/omni die/et hora diei/bo/
num ⁊ laudabile eſt opa quelibet ſancta li
cita et honeſta inchoare/facere/opari ⁊ ꝑfi
cere. Patet ꝯcluſio/qꝛ ſicut dies et anni/⁊
etiam hore diei/a deo creatore ꝓdeūt et du
cunẗ. Sic et omne opꝰ ſctm̄ licitū ⁊ hone/
ſtū/quod oī die et hora inchoaẗ ⁊ ꝑficitur a
dño dirigiẗ/inchoaẗ ⁊ ꝑficiẗ. Dicente xpo.
Sine me nihil poteſtis facere. Et rurſus
euāgeliſta Johānes ait. Oia ꝑ ipm̄ facta
ſunt ⁊ ſine ipo factū eſt nihil. Intellige cō/
cluſionē niſi ꝑcepto dei vel eccl̄ie illud opꝰ
inhibeaẗ/ſicut in dieb feſtiuis aliq̄ opa la
borioſa ꝓhibentur. alias bona/niſi prohi/
berentur operari feſto die.

## Quinta concluſio

E

Superſtitioſa et vana religio ac meri/
to redarguenda eſt/nō inchoare opari vel
ꝑficere certis anni dieb opus bonū vl' ſan
ctū ab eccl'ia non ꝓhibitū. Iſtud eſt expſſe
de mēte apl'i ad Gallathas. iiij. ca'. vbi ar/
guit et rephēdit illos de Gallacia ita dicēs
Obſeruatis dies ⁊ mēſes ⁊tpa ⁊ ānos Se
quiẗ. Timeo aūt vos ne forte ſine cā labo/
rauerim in vobis. Itē ſi timet aliq̄s vel
recuſat bonū aliqḋ opꝰ agere vel inchoare
certo die. vel hoc eſt ꝓpter reuerētiā ⁊ ſctita
tem diei. qꝛ vult diē illum ſctificare. et ſi ſic
multo magis deberet abſtinere ab inchoa
tione alicuiꝰ opis dieb ſolēnib. vt ſunt fe/
ſta ſanctiſſima Natiuitatis xpi. Reſurrecti
nis dñice Aſcēſionis ⁊ Aduētus ſpūſſcti/
qḋ nō faciūt obſeruatores dieꝝ ⁊ annorū.
Uel talis obſeruātia fit ꝓpter deuotionē ad
ſctōs/quoꝝ dies agiẗ/vel quoꝝ celebritas
tali die colebaẗ. ⁊ talis deuotio nullū habꝫ
fundamentū/nullā hēt ratione/niſi ſolam
voluntatē obſeruātꝫ tales dies. Q, ſi dicāt
ſe tales dies obſeruare ꝓpter euētus ⁊ ꝑicu
la q̄ conſueuerūt euenire his ꝗ inchoāt ali
quod opus vel iter aliqḋ/hoc vanū eſt ⁊ ſu
perſtitioſum ac ſine aliq̄ ratiōe. Quolibet
enī die anno et hora diei ⁊ bona et mala cō
tingunt. Sic ergo periculū diceret/q̄libet
die aliq̄d inchoare. Uel dicaẗ ratio a tali/
bus. ꝗ hec obſeruāt quā nec ph̄i/nec medi/
ci/imo nec aſtrologi docēt. tales obſeruan
tias de feſto innocentū vel aliꝭ feſtis. Uo
lūtaria igiẗ eſt ⁊ abſqꝫ apparētia ratōis ali
cuius talis obſeruantia.

## Sexta concluſio

Sicut vera et xpiana fides mirabilia
opaẗ in bene credētibus. Sic ⁊ falſa ⁊ ma
la credulitas/deo ꝑmittēte euētꝰ malos in
terdū opaẗ/vel potiꝰ demereẗ. Primā pteꝫ
ad longum deducit ꝑ exempla qꝫ plurima.
Apoſtolus ad Hebreos. xi. Sed ⁊ de vir
tute fidei ipa euangelia multa loquuntur.
Reliq̄ ps ꝯcluſiōis experiẗ q̄tidie ī male
credulis/q̄s ita deꝰ punit ꝓpter malā fidem
ymmo dū cognoſcit dominus nimium ad
herere aliquibus vanis obſeruātijs ꝑmit/
tit aliquos euētus cōtingere/⁊ ita eos plꝰ
conſequēter firmari in tali opiniōe/vt ma/
ior fiat cecitas eoꝝ. et in laqueum cadant
quē ſibi fecerūt. Preterea duꝫ imaginatio

taliter obſeruantiū dies ⁊ annos/actuatur vltra nimis circa tales dies/quicquid mali euenit tali die imputāt malicie diei. nec aſpiciūt ad ea q̄ bn̄ aut proſpere ſucceſſerīt tali die a deo. et occupatur vis imaginatiua circa aliquos euētus minus bonos/ꝙ non poteſt conuerti ad alia bona que illo die contingūt. Quare periculū eſt firmare fidē vel credulitatē/que tollit omne iudicium et oēm rationē ad oppoſitū. Unde merito ꝑmittit deus tales decipi/et in laqueos ſue credulitatis vane incidere. Reiiciat ergo fides catholica ac iudiciuꝫ expertorum ſeu virorū literatoruꝫ/tales vanitates et ſuperſtitioſas obſeruantias.

## Septima cōcluſio

Victoria belli nō diei/ſed ſoli deo attribuenda eſt/ Patet qꝛ attribuere tantū opꝰ vt eſt victoria diei/eſt tollere honorem deo debitū cuius eſt vincere. Ex autē victoria ſit ſoliꝰ dei habetur in multis locis ſcripture ſacre In libris Regū Paralipom. ⁊ machabeoꝝ. Hoc teſtat̄ ⁊ rex ſapiētiſſimꝰ Salomon ꝓuerbiorū. xxi. ſic dicēs. Equus paratur ad diem belli. dominus aūt ſalutē tribuet. Propterea dauid rex deuotiſſimus/ Quotieſcunq̄ pugnaturus erat auxilium dei et conſiliū queſiſſe ⁊ inuocaſſe legitur. Inde eſt prouerbiū vulgare. Les hēmes font la guerre et dieu la victorie.

## Incipit tractatus

magiſtri Johānis de gerſon de erroribus circa artem magicā/⁊ articulis reprobatis

QOllaudāti mihi nuꝑ vt mos hēt venerabiles licētiatos in medicina oblata eſt occaſio. vt cōtra ſupſtitioſas obſeruationes/nr̄a ꝑ nefas tempeſtate/et minus etnimis ꝑualſcentes/aliq̄ diſſererē. Ea nūc ſeorſum ad vtilitatē aliquoꝝ ſeparare curauimꝰ/ne ꝑmixta aliis minꝰ placerēt/⁊ minꝰ cōmode ꝓdirent in publicum Sūpto itaq̄ hoc ꝓuerbio ꝓ themate Medice cura teipm̄. Circa hāc inter reliq̄s medicū decere retuli/vt eſſet ornatꝰ ad deuꝫ ꝑ filialē ſubiectionē/ne quicq̄ impiū/vel ſuperſtitioſuꝫ/aut diuinis legibꝰ aduerſū/ſanitatis adipiſcēde cā/ſuis egris ſuaderet/rememoret̄ quoq̄ iugiter illiꝰ decretalis Cū corꝑalis infirmitas ⁊c. Incidit vt conquererer de ſupſtitiōibꝰ peſtiferis magicoꝝ/et ſtulticiis vetulaꝝ ſortilegaꝝ/q̄ ſe ꝑ quoſdā ritus maledictos mederi patiētibꝰ pollicēt̄ at ego data occaſiōe facilꝰ in hoc diuerticulū lapſus ſuꝫ quo vtiliꝰ ⁊ q̄ in patrociniū huiꝰ corruptele quidā adducere nitunt̄ in crimē medicinā. Nōne inquiūt apud ſolēnes quoſdā medicoꝝ tales ſupſtitioſe obſeruatiōes inducunt̄/q̄s etiā ſcriptis ſuis inſerere curauerūt. Et ꝯſiſtūt in ligaturis in caracteribꝰ. i. figuris. q̄nq̄ i verbꝭ ꝑegrinis ⁊ incognitis. Quāuis aūt ab ipis/nulla ꝓ talibꝰ ratio adducat̄ naturalis. hn̄t nihilominus efficaciā in curādo. Alioq̄n vane/imo ſtulte locute fuiſſent de eis medicoꝝ ſapiētes/⁊ ſcriptis inſeruiſſent Vn̄ refert yſidorus. iiii. ethimol. ꝙ apollo quē deū fecit antiq̄tas ꝑ methodica quedā. i. ꝑ carmīa ⁊ incantatiōes. Eſculapiꝰ inſuꝑ ⁊ filius eiꝰ ꝑ emperica. i. ꝑ experimēta/ſanauerūt hoīes q̄ngētis annis aū ypocratē/q̄ ratiocinatiuā medicinā q̄ vtimur adinuenit Deinde vox publica ꝟtutibꝰ hmōi carminationū/et ligaturaꝝ/⁊ empericoꝝ atteſtat̄. quā ex toto falſam dicere videt̄ inciuile. Nec deeſſent argumēta ad h̄/ex dictis poetaꝝ/virgilii/ouidii/lucani/⁊ alioꝝ/ex variis q̄ꝫ gētiliū celebribꝰ hiſtoriis Cur nō licebit inquiunt iſtis vti: ꝓſertim cū deꝰ oīpotēs ꝟtutes ſuas indiderit vt vulgꝰ loquit̄/herbis/ gēmis et verbꝭ: hāc dubitationē ego tūc tribꝰ dictis ſeu ꝯſiderationibꝰ breuiter abſolui.

## Primū dictum

PRobabile in philoſophia naturali ⁊ ſm̄ veritatē fidei/certū eſt eē demones. Primā ꝑtē tenuerūt elegātiſſimi phoꝝ/hermes termegeſtes plato/⁊ oēs doctrine ſue ſectatores. apuleius/porphyriꝰ/⁊ ceteri. Hoc libri ab eis editi. hi libri de ciuitate dei ab auguſtino palā docēt Hinc ē illa famoſa inter eos diſtinctio de cacodemonibꝰ ⁊ kalodemonibꝰ. malis ſcꝫ ⁊ bonis ſpiritibꝰ/ Hec ē poſitio de exiſtētia demonū apud philoſophātes faciliori ratione q̄ꝫ oppoſita defendit̄/ſaluādo effectꝰ quoſdā mirabiles/q̄les referunt hiſtorie fide digne in q̄libet gēte obrigiſſe/q̄s oēs negare ꝑtinaciter ꝓteruire eſt. ⁊ ciuilitatē humanam ſocietatemq̄ politicam diſſipare. quam mutua fides ⁊ credulitas vnius ad alterum conſonat/coniungit agglutinatq̄. Porro negare demones eē. negare eos ꝑlimoꝝ effectuū opatores exiſtere/ dānat̄

apud chriſtianos vt erroneum/vt impiuz
et ſacris litteris aduerſum. Qua in re ridē/
di ſunt.imo dure corrigendi qui theologoſ
derident/mox vt ſermonem de demonibuſ
faciunt/mox vt eis effectus quoſdam attri
buunt/quaſi fabuloſa ſit eoꝝ rūſio. Pro/
uenit error iſte apud quoſdam litteratos/
tum ex defectu fidei.tum ex debilitate et in/
fectione rationis. Herunt ꝓprie animaz ſic
occupatam circa corpus/circa res ſenſibi/
les/ac eaꝝ ſolicitas curas/vel ita in cauſa/
rum ꝑticularium ꝛ viſibilium ꝑſcrutatiōe
conſiſtunt/ꝙ de vniuerſalibus ꝛ p̄mis en/
tibus/ac ſpiritibus/nihil credere vel ſape/
re/nihil tenuiter ꝛ eleuate cogitare poſſūt.
Hoc Plato dicit maximū eſſe impedimē/
tum veritatis/referre ſcꝫ omnia ad ſenſus ꝛ
non auerti ab eis. Hoc idem Tullius hoc
Aug⁹ in de vera religione.hoc Albertus ꝛ
Guilhelmus ꝑiſieñ.imo et experientia docu
erunt Tales erant apud iudeos ſaducei q̇
referente Joſepheo et hieroni.negabāt ſpi
ritus eſſe. Tales inimici phi quidā/vt tul
lius loquitur/tales epicurei ꝛ aliȷ̄ vitaz pe/
cudum eligentes.qui nil eſſe cōcipiūt aliō
a corꝑalibus ꝛ extenſis In quoꝝ ꝑſona lo
quitur Eccēs.ꝛ ſapiēs Sapie.ij. Ita qua/
ſi ſint incantati et dementes/nullaz ſibi in
eſſe rōem/nullū ſpm̄/nullos effectus ſpūa
les atꝗ inuiſibiles iudicare videnť.nō mi
nus errantes a nabuchodonoſor q̇ crede/
bat ſe bouem eſſe/et ab aliȷ̄s maniacis/q̄ꝝ
aliq̇ ſe gallos.aliq̇ murilegos opinati ſunt
De grege taliū erat inſipiens ille q̇ dixit in
corde ſuo Non eſt deus.qꝛ ſi eſt deus vtiꝗ
eſt ſpūs.et ſi nullus eſt ſpūs/nullus ē deus
Neꝗ eni ego negauero quoſdā plerūꝗ ni
mis leuiter ea demonibus aſcribere que fi
eri a cauſis materialibꝫ.naturalibꝫ.rōnabi
lius diceretur.nam multas et miras in re/
bus ſenſibilibus efficatias/multas virtu
tes exiſtere quis abnegauerit/ex q̄rū cōbia
tione alteratione ꝛ cōfiguratione/fiūt effe/
ctus mirabiles.ſicut ex applicatione varia
ſpeculoꝝ.ſicut ex celeri motu et iactatione
quarundā rerum.ſicut ex immutatione di
uerſa imaginatiue potētie in hoībus ſicut
ex aliȷ̄s quidam docuerunt et oꝑati ſunt.q̄
rum oꝑationū noticia dicī poteſt magica
naturalis.de qua inueſtigare q̄uis ſepe cu
rioſum eſſet ꝛ maioris boni impeditiuū im
mo et ad errores ꝓnum/non tn̄ eſt fidei no
ſtre contrarium/dummō phia ſuis conten

ta limitibus nihil impium/nihil mēdoſū/
nefarium ve miſcuerit.

## Secūdum dictum D

Obſeruatio/ad faciendū aliquez
effectū qui rōnabiliter expecta/
ri non poteſt a deo miraculoſe o
perante/nec a cauſis naturalibꝫ
debet apud xp̄ianos haberi ſupſtitioſa/et
ſuſpecta de ſecreto pacto implicito vł expli
cito cum demonibꝫ. Iſta eſt doctrina ſctō/
rum doctoꝝ noīatim Auguſtini in locꝭ plī
bus/quibꝫ has obſuationes valide cōdē/
nauit.v.de ciuitate dei.iiij.cōfeſſionum.ij
de doctrina xp̄iana. Et recitātur multa in
decretis.xxvi.q.v.et.q.vij.plībus ca. Hāc
cōſideratiōem notauit vtiꝗ facultas theo
logie in multis articulis quos ad elucida/
tionem huius materie cenſuit condemnā/
dos. Articulus tertius eſt talis ꝙ inire
pactum cū demonibꝫ tacitū vel expſſum n̄
ſit idolatria vel idolatrie ſpēs et apoſtaſie/
error. Et intendimus eſſe pactū implicitū
in omni obſeruatiōe ſupſtitioſa cui⁹ effect⁹
nō dꝫ a deo/vel a natura rōnabiliter expe/
ctari. Porro ad ſciendū q̇d vocam⁹ pa/
ctum implicitū vel explicitū cū demonibꝫ.
et cur iſtud/vel nō fiat narrabim⁹ verā fidi
noſtre traditionē.ꝛ hoc q̇dem breuiſſime.
q̄m latior ꝑſcrutatio aliam facultatem exi/
git.aliū locū et actum Tradit vera fides
ꝙ demones neq̄/ſunt ſpūs hūane nature
hoſtes acerrimi.ſeuiſſimi.aſtutiſſimi.q̄ꝝ
violentiā improbiſſimamꝗ tyrannidē.ſi nō
compeſceret ꝛ frenaret diuina bonitas/de
hoībus actū eēt ꝙ ipi fundit⁹ depirēt. Job
xli. Nō eſt ptās ſup terram q̄ compareť ei.
attn̄ ſuus conatus oīno vanus eſt niſi ꝑ q̄s
to ꝑmiſerit deus. Sed cur ꝑmittat/ob
ſtupeſcūt inſipiētes corde. Pōt tn̄ h̄ ꝑmit
ti ob altera q̄tuor cāꝝ vel obſtinatoꝝ dam
natiōem.vel ad peccātiū purgatiōem ꝛ pu
nitiōem.vel ad fideliū ꝓbatiōem ꝛ exercita
tionē.vel ad glē dei manifeſtationē. De
obſtinatoꝝ dānatiōe ſcriptū eſt in ps̄. Im
miſit in eos indignationes ſuas/indigna
tionē ꝛ iram ꝑ angelos malos.et hoc ꝓpē/
ditur in damnatꝭ. De peccātiū purgatō
ne ꝛ punitione patuit in magdalena q̄ ſub
iecta erat ſeptē demoniȷ̄s.qꝛ carnalibꝫ vaca
bat vitiȷ̄s ſ̄m glo. Preterea dabanť excōi/
cati ab initio eccīe ipi ſathane corꝑalit ve/
xandi vt ſpūs ſaluus fieret. Unus ex ſctis

patrib⁹ magna ꝑce obtinuit a dn̄o/ vt toꝛq̄
retur a demone/ qt̄ū careret elatiōe. Ce
terum de fidelium ꝓbatione et exercitatio/
ne/ patuit in Job ⁊ Anthonio ⁊ Paulo ſe
cundū quoſdā cui datus eſt angelus ſatha
ne. Sicut enī neceſſe eſt ſcḋm eūdē aplm̄ he
reſes fieri. vt qui ꝓbati ſint manifeſti fiant
ita fiunt ad hoc illuſiones ſil'es miraculis.
queādmodū pſpicue poſitū eſt Deute. xiij
Temptat inquit vos dn̄s ſi ex toto corde
diligatis eum. hec cā nr̄is tꝑib⁹ magnū lo/
cum hꝫ. Deniq̄ manifeſtatio gl'e dei ꝑt
eſſe cā talis vexatiōis ſicut in ceco nato. de
quo ē hodiernū euangeliū/ patuit Joh. ix.
et in legione demonū q̄ poꝛcos intrauit et
ſummerſit. nō ad poꝛcoꝝ puniriōem ſꝫ ad
potentie xp̄i manifeſtationē. Amplius
vero neq̄ ſpūs dum ſeuire ꝑmittit̄. ſeuit n̄
ſolū aptis viribus. ſed frequenter aſtutꝫ do
lis ⁊ fraudibus. non tā ad ꝑdendū coꝛpa
q̄ꝫ ad ſeducendum aīas. eas in idolatrie et
apoſtaſie et inferni foueam dando p̄reci/
pites. Quāobrem excogitauit vt ſupb⁹/ vt
fallax et doloſus. quo pacto vſurparet ſibi
ab hominibus honoꝛem diuinū/ et a ꝟa re
ligione abducere repit q̄ſdā ex hoīb⁹ falli
magis idoneos. q̄les ſunt oēs qui deo reie
cto nil aliud curant/ ad nihil aliud ſtudent
q̄ꝫ ꝑ fas aut nefas ſua deſideria peſſima cō
pleri Quoꝝ alij ad diuitias inopes. Alij
ad honoꝛes vanos/ Alij ad infames cōcu/
bitus. Alij ad curioſitatem libidinoſaꝫ fa/
ciendi futuros reꝝ effectus aut alia nature
ſecreta/ damnabiliter aſpirāt. Tales cuꝫ aſ/
pexerit demon intendit nūc occulte nunc a
perte ad obſeruandū q̄dā inſtituta ſua qui
bus mediātib⁹ fidē hēant optata conſequi
Suadet itaq̄ꝫ has obſuatiōes fieri n̄ō q̄
a ſeipis hēant efficaciā aliquā aut q̄ ꝑ eas
ipi neceſſitent. Juxta determinatiōem facul
tatis theologie nuꝑ factā ſed ob alterā qua
tuoꝛ cāꝝ Primo vt dei lex p̄uaricet̄. Se
cūdo vt ip̄e demon diuino cultu ⁊ ritu ve/
neret̄. Tertio vt ſpes de deo minoꝛ aut nul
la hēat̄. Quarto vt fraus ſua minus videa
tur. De lege dei ꝓhibente talia hꝫ expſſe
textus Leuit. xix. et. xx. et Deute/ xviij. ⁊ in
ſctōꝝ opuſculis In legib⁹ q̄ꝫ naturalib⁹ mł
ta ꝑ oēm modū q̄s leges tranſgredit̄ q̄ tali
bus oꝑam pſtiterit Vn̄ Exo. xxij. Malefi
cos nō patieris viuere. Colit̄ p̄terea demō
ꝑ oꝛōes ſacrificia et thurificationes iuſſas
fieri in artib⁹ magicis Manet ſiq̄dē ip̄e ne
q̄ꝫ ſpūs in pꝛioꝛi fantaſia ſupbiſſima qua
queſiuit eſſe ſilis altiſſimo: immo ⁊ extolli
vult ſuꝑ omne qḋ dicit̄ deus ſcḋm aplm̄. Et
ita verū eſt q̄ hi ritus tanto plus habēt de
ſacrilega idolatria ⁊ minus excuſant̄/ q̄ꝫto
ſanctioꝛa ſunt q̄ in eis ad honoꝛem demo/
nioꝝ impendūtur. Ruſus ſcit ip̄e ſcḋm p̄es
antiquus q̄ beatus vir cuius eſt nomē do
mini ſpes eius et non reſpexit in vanitates
⁊ inſanias falſas et ecōtra maledicti ſunt ⁊
odio habentur obſeruātes vanitates ſuper
uacue. Quid igitur mirandū ſi talib⁹ que/
rit implicare hoīes ad inuentionib⁹? Po
ſtremo. q2 demon ſemper dare qḋ ꝓmittit
neq̄ꝫ vult neq̄ꝫ ꝑmittitur. adinuenit q̄mo/
do cultoꝛes ſui deputarent illos defectus
non demoni. nō ſue arti. ſed ꝓp̄rie vel negli
gentie vel impitie. atq̄ꝫ dicerent ſe nō om̄ia
atq̄ꝫ taliter obſeruaſſe qualia ⁊ qualiter iu/
bebantur. Conſtat q̄ꝫ falli citius hoīes ſb
quadam boni ſpecie. et in hoc mira et pꝛoꝛ
ſus miſerabilis eſt humane cecitatis inſa
nia. q̄m̄ in hac re decem aut crebꝛa menda
cia ꝑ vnam caſualiter ſi obtigerit veritateꝫ
excuſat. vbi mille in alia materia veritates
ꝓ vnico mendacio comperto deſpiceret
Deniq̄ꝫ tanta ad credendum ꝓhibita/ no/
xia et vanam libidinem. in tam modica fi/
de credendoꝝ. quis non mirabitur? Hic ē
oꝛigo hic finis artium magicarū. dānabili
umq̄ꝫ ſupſtitionum ac nefandoꝝ rituum

## Tertium dictum

Philoſophica aut medicinal' cō
ſideratio/ nullatenus admittere
debet traditiones illas ſupſtitio
ſas que dicuntur methodica vł
empica. quarū ſcꝫ nulla pōt ratio natural'
aſſignari Itaq̄ꝫ ſcribentes ea magis inſe/
cuti ſunt erroꝛem vulgi. aut magoꝝ rit⁹ im
pios q̄ꝫ medicine rationes Et mirandum
quomodo dudum a libꝛis medicine n̄ iuſ/
ſa ſunt abradi. ex quo enim de rōne natura
li nihil habent illa vel innitūtur operatiōī
diuine et ſupnaturali et hoc nihil ad medi
cum vt medicus eſt ſed eſt theologice ſpecu
lationi remittendum. aut innituntur ope
rationi demonis et hoc ſilr̄ nihil ad medi/
cum ſed ad idolatrie cultum Si vero dicā
tur fieri ꝑ immutatione virtutis imagina
tiue in egroto. quatinus foꝛtificetur in eo
ſpes ſanationis. aut vt cogitatio ſua alioꝛ
ſum diuertatur. eſtꝫ hic fateoꝛ aliqua ratio

naturalis.qm̄ vim imaginatiuā plurimū
tum conferre.tū obeſſe regimini ſanitatis
quis neſciat? Hinc eſt illō vulgatū. Jma
ginatio facit caſum. Uerū caueat obſecro
medic⁹ ne volendo ſanare corp⁹ alienum
ſeipm̄ deſipiens inficiat. Quo pacto infi
cietur? Nimiꝝ ꝑ mēdacia.dū ſuis patien
tibus aſſerit tales obſuatiōes efficaces eē
pro ſanitatis obtentu.q̄s oino impertinen
tes/aut fabuloſas:aut forſitan illicitas
eſſe ꝯgnoſcit.q̄nto rectiori fide ſpem i deo
figendā eſſe docerꝫ.q̄ vite hꝫ ⁊ mortē impe
riū. Nam inculpat̄ ipſe rex aſa.ij. Parali
pomenon.xvi.q in īfirmitate nō queſiuit
dn̄m.ſꝫ magis in medicoꝝ arte ꝯfiſus eſt.
Quis nō videat maioris criminis eē.ſi q̄s
in talibꝫ ſupſticioſis ſpem apponat? Ex ſi
hec emperica ⁊ methodica ſupſticioſa.repe
riantur eſſe ꝟtutis alicu⁹.tāto pniciosio
ra ſunt ſm̄ aug̃.q̄nto ſunt ad ſeducendū
validiora. Jlle ſiquidem effect⁹.cū neqꝫ a
miraculo vero/neqꝫ a cā nālali fieri ꝯgno
ſcat̄.vt a ſeductorib⁹ demonijs puenīat cō
ſeq̄ns ē. A ſeductorib⁹ aūt fallacib⁹.a pa
tre mēdacij ab hoſte crudeliſſimo/q̄d bo
ni/q̄d veri.quid cōmodi ſperes/tu videris.
Profecto demōes et ſi ſanarent corpa/il
la ſanarēt deo irato. Quō deo irato/quia
certe necarent aīas. /⁊ deteri⁹ tādē varijs
incōmodis ſuos cultores ⁊ inuocatores
afficerent. Deniqꝫ odienda eſſꝫ pꝛius cor
poralis valitudo/q̄ aīe ꝑcio ⁊ morte vende
retur. Hec pauca ſi q̄s religioſa fide di
ligēter aduertit.nō eū turbabūt obiectio
nes ille (opinioꝝ) quib⁹ īperiti a ſpū mali
gno.turgidi/obſtrepere ſolent/ꝯtra fidei
pietatē que has om̄s ſupſtitiōes impias
dānat/execratqꝫ. Dicūt aliq̄ nō vanā eē
aut falſum taliū noticiā/qm̄ ſua veritas
ꝓbat̄ ꝑ effect⁹.q̄i videlꝫ negare ꝯtēdam⁹
nihil a demonijs ⁊ ſuis cultoribꝫ poſſe fie
ri dn̄o ꝑmittēte. Adhec ſit. Nos itaqꝫ ⁊ ma
gos pharaōis/et phitoniſſam ſaulis/⁊ ſy
monē magū/⁊ phitoniſſam in actib⁹ aplō
rum/et exorciſtas iudeoꝝ/⁊ idola gentiū
et futura antixp̄i portenta.nō ſolū non ne
gam⁹.ſꝫ ea negātes reprobam⁹. Sicut ei
vera fides meret̄ dotari miracul'/dum
opus ē ad edificatōem.ita falſa fides por
tentis ⁊ figmētis in ſui dānatōeꝫ.vl' alio
rum ꝓbatōem demeret̄ illudi. Dicunt
alij multā in obſuationib⁹ hmōi ſctitatē
ineſſe.tum in orōib⁹ ad deū deuotiſſimis
tum in ieiunijs.in caſtitate.⁊ vigilijs. in
thurificatōibꝫ.i euchariſtie etiā ſumptio
tione.in ceteris deniqꝫ religioſis obſequi
is. Si plane hic mentit̄ iniq̄tas ſibi.q̄ſi
videlꝫ reꝝ optimaꝝ ſanctiſſimaꝝqꝫ nō eē
poſſit abuſus/q̄ꝝ nequior ille ē ⁊ flagicio
ſior q̄ꝫ aliaꝝ/q̄ſi preterea demō talia q̄reret
ad ſanctificatōem.q̄ ſpurciſſim⁹ eſt.⁊ ñ po
tius ad ſui adoratōeꝫ/ad malicie ſue tegi
men.⁊ ad ſacrificiū ſacrilegū.alioq̄n nun
q̄ꝫ deus/nūq̄ꝫ ſancti viri q̄ deo inſpirante
locuti ſunt.hec fieri tāta ſeueritate vetuiſ
ſent. Nunqꝫ inſup theologia talibꝫ eſſꝫ ad
uerſata.cui tm̄ in hac re ⁊ ſuis ꝓfeſſorib⁹
credi debet.nō indoctis mulierclis.nō im
pijs idolatr̄.nō hominibꝫ datis in repro
bū ſenſum. Quilibet ei in ſua arte ſapiēs
eſt/⁊ ei credi debet.iuxta maximā topicā
Dicūt ſe rurſuꝫ ꝑ hec om̄a intēdere ob
ſequiū dei ⁊ nō diaboli. Certe ita idolatre
ita in dō necatores aplōꝝ arbitrabāt̄ ſe ob
ſequiū preſtare deo/nec ꝓinde ſaluant̄.
Quanta queſo eſt illa cecitas. dicere ſe
ſeruire deo/ſuis maxime ꝯtrariando ꝑce
ptis? Ceteꝝ quiſquis relegerit has obſ
uationes nefandas/videbit eas eque ad
malos ſicut ad bonos effectus introductas
Propter qō potiſſime teſte Aug̃.de ci.dei
circa mediū/magia in omni ſecta plectū
tur. Jlli cvidere eſt impietatē.illic ꝟtutis
impugnatōem/in docendo furta ⁊ ſtupra
fieri.in volēdo ſcire tp̄a ⁊ momēta que pr̄
poſuit in ſua ptāte. Deniqꝫ ꝑfigit̄ ibi ter
minus opandi ipi diue omīpotentie.ꝑſti
tuit̄ modus quoq̄ſi compellat̄ operari ipſi
diuine ſapientie/ſtatuit̄ etiā finis ipi di
uine bonitati ⁊ clemētie. Naꝫ q̄d aliud ſo
nant iſte traditōes.ſcribat̄ hoc in ꝑgame
no virgineo.portetur in figura triangula
ri/cū caracteribus incognitis ⁊ thurificet̄
ſuſpendat̄ ad collum.fiant iſta certis horiſ
tunc infra triduū aut q̄driduuꝫ/ꝓueniet
abſqꝫ vlla dubitatōne effect⁹ ille quē q̄ri
mus.imo hoc ſub periculo capitis aſſerit̄.
Si quidē reuelauerit deus eis.ipſi vide
rint.nos ſcimus qm̄ reuelatiōes diuīe nō
tales ſunt/nec ꝓhibet deus.credere illud
quod dignat̄ reuelare. Arguūt iterum
et nos in ſimilē cām trahere ſatagunt. Nō
ne inquit talia ſimilr̄ fiunt aut tolerātur
ab eccleſia/in peregrinatiōibꝫ certis in cul
tu imaginū.in cereis aut ceris aut aq̄s be
dictis/⁊ in exorciſmis. Nōne dicit̄ quoti

die ſi nouē diebus ꝑdurat in hac eccleſia
fiet. aq̄ illa ꝓfundatᷣ / aut ſi tali ſe voueat
imagini. aut ſi aliquid talium faciat. ipſe
mox ſanabitur vel optato potietur. Fate
ri abnegare nō poſſumus. mlta inter chri
ſtianos ſimplices ſub ſpecie religionis in
troducta eſſe. quoꝝ ſanctior eſſ& omiſſio.
Tolerantur tñ quia nequeunt funditus
erui. et quia fides ſimpliciū quanq̄ȝ min⁹
in aliquibus bene ſapiat. regulatur tamē
⁊ quodammodo rectificatᷣ. ſaluaturq̄ȝ in fi
de maiorum. quā fidem generali ſaltem
intētione in omnibus ſuis obſeruatōibꝫ
preſupponūt. ſi pie et humiliter. hoc ē chri
ſtiane ſapiunt. et ſi ad oſtenſam veritatis
normā obedire parati ſunt. Hec autē eſt
intentio. vt talia ſuſcipiātur aut fiant nō
tanq̄ȝ neceſſario efficacia. aut tanq̄ȝ ſpes
principal' in talibꝫ poſita ſit: ſꝫo poſtpoſito.
ſed ꝙ pietas fidei per iſta nutritᷣ. et augetᷣ
et exaudiri meretᷣ. Secus vbi fides ledi
tur ⁊ diuina lex violatᷣ. Vane igitur ⁊ pro
terue ſumitᷣ in hac re vl' exemplū vel argu
mētū. ex his q̄ vulgus indoctū nō que ce
tus theologoꝝ ⁊ ſapientū docȝ obſeruatq̄ȝ
Quid mirū ſi theologia ⁊ fides corrupto
res quoſdā patiatur vt hereticos ⁊ ſupſti
cioſos. vt temerarios aſſertores. quādo ⁊
medicina ⁊ philoſophia ⁊ aſtrologia vera
et omis deniq̄ȝ ars vt ſciētia: pati tali ali
quid cognoſcatᷣ: ſed fundamētum ſtabile
A ſtat. ¶ Tandē oppoſitionē ſuam ↄuertunt
alij in q̄rclam dicentes. Ecce talis infir
mus eſt / in grandē ⁊ luctuoſaȝ toti⁹ gētis
vnius ꝑditionē. ipſe deſpatᷣa medicꝭ. Cur
nō inq̄unt per ſupſtitioſa curabitᷣ. ꝑſtim
ſi ꝑ ſupſtitioſa ꝓſumitᷣ in egritudīe tene
ri ⁊ per ſimilia ꝓ mittitᷣ liberari? Nōne va
na vanis. ſicut clauū clauo licȝ repellere?
Nonne ſanitas ⁊ auxiliū vndecūq̄ȝ queri
poſſunt. ſicut ab herbis ita a verbis ⁊ a vir
tute ſpirituū. ſicut a virtute lapidū vel cor
porum. Cur poſtremo ꝓhibebit aliq̄s co
gere demonem ad obſequendum ſibi in
bonis. quādo ſctōꝝ plurimos vt anthidiū
archiepiſcopū byſontinū: ⁊ exorciſtas ali
os ita feciſſe cōmendāt hyſtorie. Rñdebi
mus ad hoc dicentes pſo ad vltimū. ꝙ de
mones pñt ⁊ licite pñt ꝑ deū ⁊ ſctōs eius
ad hoc inſpiratos ⁊ electos cogi. ad pſtan
dum hūana q̄daȝ obſequia. Ita eni recta
fides tenet feciſſe xp̄m ⁊ moyſen ⁊ rapha
elem angelū et dauid reſpectu ſaulis: et
ſanctos quaſi innūeros demonia
corum. imo et ſalomonē ⁊ q̄ſdā exorciſtas
iudeoꝝ. ſic egiſſe videtᷣ ſenſiſſe Joſephus
quanq̄ȝ de ſalomone qui poſtmodū idola
tra fuit. magis dubia ſit ſententia. an vi
delicet de peccato in pctūm. de errore ydo
latrie in errorē magicaꝝ artium delapſus
extiterit. an deo reuelante dū bon⁹ erat ta
lia cognouerit. At vero ſi coactio demōis
aliter expectetᷣ q̄ȝ ꝑ miraculū deo ſpecialr
cooꝑante. iſtud falſe creditᷣ ⁊ ꝑiculoſe q̄ri
tur. Falſe q̄dem ꝓpē libertatē demonibus
inſitam. q̄ nec ab iſtis corꝑalibꝫ quibꝫ ꝑfe
ctior eſt. nec a carminib⁹ cogitur. Iſtō au
tem periculoſe q̄ritᷣ. q2 hoſtis eſt doloſiſſi
mus. et nunc fingit ſe cōpelli ꝑ tales rit⁹
impios q̄bꝫ honorari querit. ⁊ aīas ꝑdere
Hic perplexis reſpōſis / inuoluit ſentētias /
vt tulius loquitᷣ ⁊ hiſtorie teſtantᷣ. nunc ſe
mitas tortuoſas ſue fraudis mille modis
tegit. Nobis propter hoc interdicta eſt ſo
cietas ſua / ne queram⁹ ab eo veritatē qui
mendax eſt. ſicut xp̄s ⁊ apl's eius paulus
ipm̄ etiam vera loq̄ntē obmuteſcere ꝑce
perūt. Nō ſperem⁹ inſuꝑ ꝓſperitatē ab eo
qui hoſtis eſt. nec pactū ineam⁹ cū eo qui
infidus eſt. nec ↄſortiū cum excōmūicato
nec fidem ꝓditori perfido adhibeam⁹. Fe
fellit reuera oīs et fallet: quos ſibi aut i
ſtitutȝ ſuis deditos inuenerit. Hiſtorias
hoc docentes q2 innumere ſunt. nō nūera
mus de Juliano apoſtata. de zoroaſte pri
mo inuētore magice artis. de neptenabo
et ceteris abſq̄ȝ numero. ¶ Affirmamus C
conſeq̄ntᷣ cū apoſtolo ꝙ nō ſunt facienda
mala. vt bona eueniāt. Nō igitᷣ ſunt male
ficia maleficijs repellenda. Aliter ſapere
eſt ↄtra fidem deſipere. Supeſt igitᷣ in omi
nr̄a neceſſitate ſentire cū Joſaphat rege
⁊ deo dicere. Cum ignoram⁹ q̄d agere de
beamus. hoc ſolū hēm⁹ reſiduū. vt oculos
nrōs dirigam⁹ ad te. Tentetur via natu
ralis rōnis ⁊ prudentie ⁊ artis. quantū ſci
uerimus. Hoc vocatur facere qđ in ſe eſt
ne videatᷣ tentari deus. q̄ via naturali de
ficiente. ſolum reſtat in dei miſcđia refu
gium. Hec aūt mīa nō ſupſtitioſis obſua
tionib⁹. ſȝ pijs obſecratōibꝫ. nō demonuȝ
inuocatōibus. ſed vite emēdatōe. nō ꝑ ho
mines reprobos. ſȝ ꝓbatos cōparatᷣ. Si
deum volum⁹ mutare ſententiā ſuā. nr̄aȝ
inm meli⁹ mutemus vitā. Ceteꝝ ſi per
mittēte iuſto dei iudicio licȝ occulto. fiat

in aliquo vexationes et immiſſiões ꝑ an
gelos malos/mediantibꝫ pactis q̄zundaꝫ
ſacrilegoꝝ cū demōibꝫ/vt ꝑ inuultuatōes
per faſcinationes.aut carminatōes. q̄nq̄ꝫ
de ſe prorſus ad hec ineffi/aces.Dicit vnꝰ
doctor talia ſi repiant̄/poſſe deſtrui. quibꝰ
amotis et diſſipatis/neq̄ꝫ ſpūs diſſipare
poterit a vexatione.ad hoc vt pactū ſuū ſer
uare.⁊ artē ſuā ꝯfirmare videat̄.aut q2 bo
na fides deſtruentiū opera hec dyaboli ſic
meret̄ exaudiri.Ita egit philippus q̄ndā
rex francoꝝ de imagine q̄dā cerea quā di-
cebant baptiſatam/⁊ execratam taliter no
mīe ſuo. q ea deſtructa ipe rex moreretur
Et videbimꝰ inq̄t pius rex fide plenus/ſi
potentior erit demon ad ꝑdendū me:q̄ꝫ de
us ad ſaluandū Et hec dicens cerā ꝓiecit
in ignē.Ita concipe eos arbitror q̄ dicūt
vana vanis eſſe reuellēda.⁊ q nō malefi
cijs contra maleficia liceat abut̄. Sꝫ hūa
nam rurſus impatientiā audire videor.
Obſecrauimꝰ inq̄t deū nec exaudit. ieiu-
nauimus.ꝑegrinatōes multas fecimꝰ/et
proceſſiones.nec attendit.ſic murmur re-
ſonat/ſic querimonia:quaſi gens que fece
rit iuſticiam.⁊ quaſi populꝰ qui nō auerſus
fuerit a deo ſuo.ſic erecta ceruice deū ſuis
petitionibꝫ oībus volūt eſſe obnoxiū/cum
tamen veriſſime ſint populꝰ q̄ labijs ſuis
deum honorat(vtinā ⁊ hoc inueniret̄. nec
verius diceret̄/hic blaſphemat)cor aūt eo
rum longe eſt a deo .Conticeſcat hec ob-
ſtinatio diabolica/frendens ⁊ tabeſcēs cō
tra diuinā ꝓuidentiā/q̄n potius patiēter
expectemꝰ/non p̄figentes terminū diuīe
miſcōie iuxta cōſiliū ſancte Iudith.Nos
in deū totiens deliquimꝰ⁊ in oēm iuſticiaꝫ
imo in oēm creaturā ſuam:cur nō tolera-
bimus flagella pij pr̄is. Nos filij nequā/
dum ꝑ filios dientes etiā reprobos/ pla
cuerit nos punire.durū ſane ē ꝯtra ſtimu
lum et talem ſtimulū dei calcitrare ꝑ ipa-
tientiaꝫ.q2 duplici cuſpide mortis in aīa
et corꝑe recalcitrantes feriūtur. Hec in
terim de tota collatōe ꝑ medicꝰ antedicta
libuit excerpere. Placuit inſuꝑ determi
natione ſacre facultatis theologie/ cuius
mentio facta eſt huic opuſculo cōnectere
quia ad dictoꝝ firmitatē/etiā nō medio-
criter vtilē iudicaui. Datū ꝑ copiā ſub
ſigno et ſubſcriptione mei notarij publi-
ci ſubſcripti.

UNiuerſis orthodoxe fidei zelatori
bus/cancellariꝰ eccl̄ie pariſienſis.⁊ facul
tas theologie in alma vniuerſitate pariſieñ.
matre nr̄a/cum integro diuini cultus ho
nore ſpem hr̄e in dn̄o.ac in vanitates ⁊ in
ſanias falſas nō reſpicere.Ex antiq̄s late
bris/emergēs nouiter erroris feda collu
uio.recogitare cōmonuit.q plerunq̄ꝫ veri
tas catholica apd̄ ſtudioſos.in ſacris litte-
ris aptiſſima ē.que ceteros latet.nimirū
cum hoc ꝓpriū hꝫ oīs ars/manifeſtā eſſe ex
ercitatis i ea.ſic q exinde ꝯſurget illa ma
xima.Cuilibꝫ in ſua arte perito credendū
eſt.Hinc eſt. Prōnū illud qd̄ Hieronimꝰ
ad paulinū ſcibens aſſumit.Quod medi-
coꝝ eſt ꝓmittūt medici.tractant fabrilia
fabri.Accedit ad hec i ſacris litteris aliud
ſpeciale.qd̄ nec experientia nec ſenſu ꝯſtant
vt alie artes:nec pn̄t oculis circūuolutis
nube vicioꝝ facile deꝑhendi.excecauit eniꝫ
eos malicia eoꝝ. Ait ſiq̄dem apoſtolꝰ qꝓ
pter auariciā multi errauerūt a fide. pro
pterea nō irrōnabilit̄ idoloꝝ ſeruitus ab
eodem nomiat̄.Alij ꝓpter magnitudinē.q̄
cum cognouiſſent deū nō ſicut deū glifica-
uerūt/in omnē idolatrie impietatē. ſicut
idem cōmēorat corruerūt. Porro ſalomo
nem ad idola.⁊ didonē ad magicas artes
ꝑtraxit effrenaꝫ voluptas.Alios ad hoc ip
ſum intorſit ſuꝑba curioſitas. inueſtigan
dorūq̄ꝫ occultoꝝ dira cupido Alios poſtre
mo miſera timiditas.tota ex craſtino pen
dens/in obſuatōnes ſupſticioſiſſimas im
piaſq̄ꝫ depulit.quēadmodū apd̄ Lucanū
de filio pompei magni.et apd̄ hiſtoricos de
pluribꝫ notatū eſt Ita fit vt recedens pec
cator a deo/declinet in vanitates ⁊ inſani-
as falſas.et ad eū qui pr̄ eſt mēdacij.tan-
dem imprudēter palā apoſtatiādo ſe ꝯuer
tat. Sic ſaul a dn̄o derelictus phitoniſſaꝫ
cui prius aduerſabat̄ ꝯſuluit.ſic ochozias
deo iſrl̄ ſpreto.miſit ad ꝯſulendū deū acca-
ron.ſic deniq̄ꝫ oms eos/q̄ fide vel oꝑe abſ
q̄ꝫ deo vero ſunt/vt a deo falſo ludificētur
neceſſe eſt. Hanc igit̄ nephariaꝫ peſtife
ram mōſtriferāq̄ꝫ inſaniaꝝ falſaꝝ cū ſuis
hereſibꝫ abominationē plꝰ ſolito nr̄a etate
cernētes inualuiſſe/ne forſan xp̄ianiſſimū
regnū qd̄ olim caruit mōſtro.et deo prote
gente carebit.inficere valeat tā horrēde
impietatꝭ ⁊ pniacioſiſſime cōtagionis mon
ſtrū.cupiētes totꝭ conatibꝫ obuiare. De
